Mulier chananea a fini-
bus illis egressa clama-
bat Math. xv. Per mu-
lierem istam que clamabat ī ne-
cessitate posita ad deum. docemur
quādo in necessitate sumus ad do-
minum clamare debemꝰ. Est aūt
quadruplex necessitas que solet
homines ad clamandum ꝓuoca-
re. Primū ē necessitas aque. Se-
cundum ignis. Terciū gladius
euaginatus. Quartū bestijs fero-
cis. Primo solent clamare q̄ sūt
in nccītate maris. p hoc signāt hoi-
nes q̄ adhuc fluctuant in ꝑiculo-
so mari huiꝰ mūdi. qd multo ꝑi-
culosiꝰ ē q̄ꝫ verū mare est. q̄a in ve-
ro mari de decē nauibꝰ vix perit
vna nauis. In mari vero huiꝰ mū-
di vix inter decem saluatur vna
anima. Bernh. Pericula huius
mundi ꝓbat transeunciū raritas
⁊ pereunciū multitudo. Augꝰ.
Amas seculum absorbet te. ama-
tores suos vorare nouit. Bernh.
Heu michi quia vndiqꝫ michi
bella. vndiqꝫ michi tela. vndi-
qꝫ michi temptamenta. vndiqꝫ
michi pericula. quocunqꝫ me ver-
tam nulla securitas ⁊ que mulcēt
⁊ que molestant timeo. ⁊ esuries
⁊ refectio ⁊ somnus ⁊ vigilie ⁊ la-
bor ⁊ requies militant contra me.
Non minus suspectus est iocus
q̄ ira. Ex quo ergo tanta sunt peri-
cula in mari huiꝰ mundi ncc̄e ha-
bemus clamare ad dn̄m. sicut le-
git de btō petro Mat. xiiij. Cum
sup mare ambularet ad ihm ⁊ ꝓ-
pter dubitacōem incipet mergi.
clamauit voce magna dicēs Do-
mine saluū me fac. ⁊ certe multo
ꝑiculosiꝰ est illud mare quo sub-
mergit anima q̄ illud q̄ submer-
git corpus. Ido magis est h cla-
mandū. Augꝰ. vt liberemur cla-
memꝰ. ne forte in ꝓfūdis ꝯsenciā-
mꝰ iniquitati ⁊ irrecupabiliter
absorbeamur. ꝑatus est enī cla-
morē nostrū exaudire. Iherē. xxxiij
Clama ad me ⁊ ego exaudiā te.
ps. Ad dn̄m cum tribularer cla-
maui ⁊ exaudiuit me. Exēplum
duo scholares socij renunciantes
seculū claustrū ingressi sūt. sz dia-
bolꝰ tēptauit vnū vehementer vt
ad seculū rediret. q̄ tēptacōi non
valens resistē. cepit sociū suum ī-
citare vt secū ad seculū rediret. ipē
aūt hortabat ipsū vt in claustro
maneret ⁊ ipē nullomō ꝯsēciēs dixit
venias tu mecū ⁊ ꝯducas me. q̄ ait
eamꝰ priꝰ ⁊ salutē btā virginē.
Cūqꝫ venissent an altare sociꝰ il-
le cepit cū lacrimis orare ꝓ illo vt
tēptacio eū nō superaret. et cū diuci-
us orasset. ille q̄si in extasim raptꝰ
vidit btā vginē lacrīas illiꝰ cū
pallio suscipiētē ⁊ filio suo ondē-
tē ⁊ dicētem. O fili qui semꝑ pa-
ratus es exaudire clamantes ad
te. Respice has lacrimas ⁊ audi
clamorē serui tui. Cui filiꝰ O mr̄
ob reuerenciam tui ⁊ clamorem

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-534/0164
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG